Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



area sua et colligit in horreum suum in celestia beatitudine paleas autem comburet igni inextinguibili in pena infernali multa quidem et alia exhortans evangelizabat populo Factum est autem in diebus illis venit iesus a nazareth galilee in iordanem ad iohannem ut baptizaretur ab eo. qui nos non indigent sed ut approbaret ipsum baptismum iohannis tanquam a deo ordinatum. Johannes autem sciens eum esse dei filium et hominem lavacrum non indigente sed alios a peccatis lavante ex reverentia prohibebat eum dicens Ego a te debeo baptizari et tu venis ad me. Respondens autem ihs Dixit ei Sine modo. sic enim nos decet implere omnem iustitiam et humilitatem. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus. et ihs baptismo a iohanne in iordane. Confestim ~~vidit celos aptos~~ ascendit de aqua. et Et eo orante cum esset exaudiri ut in receptione sacramentorum meis hominibus elevetur in deum. ecce apti sunt celi. et vidit celos aptos. non quod celum fuerit divisum. sed videbatur aperiri sicut in corruscatione videtur fieri. ad denotandum filium celestem credentibus in xm aperiri. et spiritum sanctum dei corporali specie descendentem sicut columba et venientem super se et manentem in ipso ad denotandum plenitudinem gratie in eo suppeditat et tota trinitas in baptismo xi pater in voce. spiritus sanctus in columbe specie. et filius in carne. per quod apertius trinitatem significabatur quod baptismum xi debet conferri in nomine patris et filii et spiritus sancti Cum in primitiva ecclesia collatum fuit in nomine xpi. ut nomen xi in maiori reverentia